



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

428. De conspirationibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 373  
mensuram adulterare possint ; sed quantos  
mensurabiles panes de justo modo in unaqua-  
que civitate Episcopi vel Abbates à suis pisto-  
ribus recipiunt , tantos mensurabiles panes de  
eodem modio à pistoribus qui panem ven-  
dunt fieri faciant. Quod si inventi fuerint  
mensuram adulterare vel minuere , & damnum  
sustineant , & virgis cedantur. Homines etiam  
quibus hoc commissum est ut provideant ne  
mensuræ minorentur. Si de perjurio quod ju-  
raverunt quod hoc consentire non debuissent  
fuerint convicti , secundum legem puniantur ,  
aut perdant manum , aut redimant , aut grave  
damnum sustineant , & postea ab Episcopo de  
perjurio publicam pœnitentiam accipient.

De eadem re. *Ex Capitularium*  
*lib. iii. cap. xc.*

CCCCXXVII. Ut æquales mensuras Lib. i. Capi-  
& pondera æqualia omnes habeant sive in-  
tular. c. 74.  
civitatibus sive in monasteriis ad dandum in-  
vicem , sive accipendum , sicut in lege Domi-  
ni præceptum habemus. [ *Vide Burchard. lib.*  
*19. c. 148. ]*

De conspirationibus. *Ex Concilio*  
*Chalcedonensi.*

CCCCXXVIII. Conjurationis vel Concil. Chal-  
conspirationis crimen etiam ab exteris legibus  
cedon. c. 18.  
est omnino prohibitum. Multò magis hoc in  
Dei Ecclesia ne fiat admonere convenit. Si  
qui ergo Clerici vel monachi reperti fuerint  
conjurantes , aut conspirantes , aut insidias po-

Aa iij

Burchard. lib. nentes Episcopis aut Clericis , gradu proprio  
10. c. 68. penitùs absidentur.

De eadem re. *Ex Capitularium*  
- lib. i. titulo xxviii.

Lib. i. Capi- CCCXXIX. Nec Clerici nec mona-  
tular. c. 19. chi conspirationem vel infidias contra pa-  
rem suum faciant.

De eadem re. *Ex Concilio ad Pistas.*

Capitula Ka- CCCXXX. Nos quoque Episcopi au-  
roli Calvi tit. toritate Dei & sacrorum canonum , sicut san-  
29. c. 4. pag. 276. cti Pontifices DCXXX. Chalcedonensis  
Concilij conspirationem fieri prohibuerunt,  
& sicut cetera Episcoporum Concilia hujus-  
modi perniciosa facta vetuerunt , & nos pro-  
hibemus. quia facientes illa per eorum judi-  
cium , qui cum Deo jam in caelo regnant , &  
a cœlesti Ecclesia & Christianorum societate  
separati sunt , nisi per dignos pœnitentia fru-  
ctus ad hoc redeant ut sanctæ Ecclesiæ po-  
sint readunari.

De eadem re. *Ex Capitularium*  
lib. iii. cap. ix.

Lib. 3. Capi- CCCXXXI. Conspirationes vero  
telar. c 9. quicunque facere præsumperint , & sacra-  
Lib. 1. Leg. mento quamcunque conspirationem firmave-  
Longob. tit. 17. c. 11. rent , triplici ratione judicentur. Primo , ut  
ubicunque aliquod malum per hoc perpetra-  
tum fuit , auctores facti interficiantur. Adju-  
tores verò illorum singuli alter ab altero fla-  
gellentur , & nares sibi invicem præcidant.  
Ubi verò nihil mali perpetratum est , similiter